

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est:  
Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam  
festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus  
gerendum, disposita**

**Creide, Hartmann**

**Francofurti ad Moenum, 1682**

In die festo die purificationis Mariae

[urn:nbn:de:bsz:31-126133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126133)

Paulus verò ex ultimo primus factus, abundantius enim reliquis Apoftolis omnibus laboravit, 1. Cor. 15. v. 10.

Judæis primùm oportebat loqui verbum Dei, deindè gentilibus; fed quoniam illi repellebant illud, & indignos fe judicabant æterna vita, ultimi illi facti funt, & exclusi à communione Sanctorum: Ethnici verò glorificabant verbum Domini, & crediderunt, atque ita primi facti funt, Act. 13. v. 46. feqq.

Typus hujus reinobis propofitus in Jacobo & Efavo. Hic jus primogenituræ Jacobo vendidit pro edulio lentis, & ita

ex primo ultimus evafit, Gen. 25. v. 31. feqq. ficut & Jacobus benedictionem à Patre reportavit, Gen. 27. v. 36.

Adhuc hodiè multi pro edulio lentis jus primogenituræ vendunt, h. e. pro concupifcentia oculorum, concupifcentiâ carnis & superbia vitæ, 1. Joh. 2. v. 16. & ita ultimi fient inter hædos confiftentes, Matth. 25. v. 33.

Caveamus, ne & nos gratiam Dei negligamus, fed ad finem usque perfeveremus, Matth. 10. v. 22. Quod Deus nos adjuvet, per Christum, Amen.

## IN FESTO DIE PURIFICATIONIS MARIÆ.

*Evangelium Luc. 2. v. 22. -- 32.*

### EXORDIUM.

**I**N V. T. Israelitæ agnos anniculos immaculatos, duos quotidie in holocaustum tempiternum offerre jufsi funt, unum manè & alterum ad vespèrum, Num. 28. v. 3. 4.

Hoc mysticè intelligendum,

1. *Respectu nostri*, & eò præcipuè collineat, ut diem non modò cum Deo ordiamur, sed & cum Deo finiamus, si illud, quod gerimus, prosperè & ex voto succedere debeat. Cor enim hominis disponit viam suam, sed Domini est, dirigere gressus ejus, Prov. 16. v. 9.

2. *Respectu proximi*. De victimis Sacerdotes partem suam habebant, nempe ar-

mum, utramque maxillam, & ventriculum, Deut. 18. v. 3. 4.

Ira Deus mandavit Israelitis, ut manè & vespèri holocaustum offerrent, quò Sacerdotes ali & sustentari possent. Hinc hoc morale fluit, quod quotidie de facultatibus nostris quicquam ad conservandum Dei cultum, & sustentanda pauperiora Christi membra, erogare teneamur, juxta illud: Honora Dominum de substantiâ tua, & de primitiis, omnium frugum tuarum, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt, Prov. 3. v. 9. 10.

3. *Respectu Christi*. Ipse quippè est agnus ille immaculatus, qui manè h. e. in tene-

tenera fua infantia Domino, juxta legem primogenitorum, in Templo Hierofolymitano præfentatus eft, ut prælecta Pericope probat: fed & vefperi, hoc eft, in ætate virili, tradidit femetipfum pro nobis oblationem & hoftiam Deo, in odorem fua-  
tatis, Eph. 5. v. 2.

Hoc factum in arâ Crucis, ubi noftri gratia maledictum fufiinuit, Galat. 3. v. 13. & chirographum deleuit, quod adverfus nos erat, Col. 2. v. 14. ita ut jam nulla condemnatio fit in illis, qui in Chrifto Jefu funt, qui non fecundum carnem ambulant, fed fecundum Spiritum, Roman. 8. v. 1.

De victima matutinâ audimus in prælecto Evangelio, ubi B. Maria Filiolum fuum in templum affert, & Domino fiftit, ficut in Lege Mofis præceptum erat.

Nos Inftitutum noftro infervientes, videbimus ex prælecto Evangelio

- I. Triplicem Querelam.
- II. Triplicem Medelam.
- III. Triplicem Cautelam.

J. J.

### Exegefis.

**O**Mnia nobis Jefus eft, inquit Ambrolius. Deus enim proptio Filio fuo non pepercit, fed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam omnia cum illo nobis donavit? concludit rectè Paulus, Rom. 8. v. 32.

Quod fi eum videre volupe eft, ut elegantem infantulum, audimus in præfenti Evangelio, quod à Mariâ in templum perlatus, & à Simeone in ulnas fufceptus fit.

Si ut præftantem Doctorem eundem contemplari volumus, jam pridem percepimus, quod duodecimo ætatis anno, egregium fpecimen ediderit, Luc. 2. v. 29.

Si Medicum cum cupimus, fcimus quod leprofos mundare, cæcis vifum, furdis auditum, mutis loquelam reftituere, & verbo omnes infirmitates noftras fanare poffit, Pfal. 103. v. 3. Si Antecelforem eum volumus, ille fanè in caritate, humilitate, manfuetudine, obedientiâ, aliisque præclaris virtutibus exemplum nobis reliquit, ut fequamur veftigia ejus, 1. Petr. 2. v. 21. Si Rege opus eft, qui pro nobis pugnet, ipfe eft Rex Regum & Dominus Dominantium, 1. Reg. 19. v. 16. Si Sacerdote indigemus, qui pro nobis intercedat, hanc ipfam ob caufam, non in manufacta fancta ille introivit, fed in ipfum cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis, Hebr. 9. v. 24. Si Antidotum contrâ mortem defideramus, Simeon in cygnèâ fuâ cantione nobis oftendit, quomodo in fide Chriftri beatè & in pace obdormire queamus. Breviter: Si Chriftrum habuerimus, nihil nobis deerit, factus enim nobis à Patre eft, & fapientia, & juftitia, & fanctificatio & redemptio, 1. Cor. 1. v. 30. quod igitur nobis deeft, ab ipfo petere poffumus, accipientes de plenitudine ejus gratiam pro gratiâ, Joh. 1. v. 17.

### Querela refpicit

I. Nefandam Fefli hujus profanationem. Hiftoriam Ecclefiasticam fi evolvimus, jam Seculo quarto ætate Nazianzeni ejusmodi feftum celebratum videmus, quod Luminarium vocatum eft. Sed non idolatricè in honorem Mariæ, ut hodiè fit, illud celebrant, verùm eo fine, ut per

exter-

externa luminaria & cereos, recordarentur veræ lucis, Christi scilicet, de quo Simeon in Templo Hierosolymitano publicè contestatus est: non modò eum esse gloriam Israelis, sed & lumen ad revelationem Gentium. Hæc fuit intentio, ubi in primitiva Ecclesia cereos incenderunt, ut in publicâ congregatione lucerent.

Verùm hodierno die, hoc Festo peculiariter cerei consecrantur, qui perhibentur præditi esse, 1. Vi tempestates abigendi, 2. Diabolum à puerperis propellendi, 3. Mortuos ad cælos deducendi, sicut moribundos alloqui solent: Arripe candelam in manum tuam, & proficiscere cum illa in cælestem patriam! quæ superstitio à Sergio Papa instituta esse dicitur.

Nos Christum apprehendimus, qui vera lux est, Joh. 1. v. 9. sicut seipsum lumen appellat, Joh. 12. v. 35. quando eum cum lucernâ Evangelii habemus, dicere possumus: In lumine tuo videbimus lucem, Psal. 36. v. 10. Ipse est Sol justitiæ, Mal. 4. v. 2. Oriens ex alto, Luc. 1. v. 79. quæ candela extrâ eum lucet, ignis fatuus est. Hæc luce utimur, si per tenebrosam mortis vallem iter facturi sumus, dicentes cum Davide: Illumina oculos meos, ne obdormiam in morte, Psal. 13. v. 4.

II. *Naturalis impuritatæ considerationem.* Eò enim respexit Deus hæc lege, quod Judæorum puerperæ aliquamdiu dies impuritatæ servare, seque domi continere tenebantur. Peccatum namque originale nobiscum in mundum inferimus, in quo concipimur & nascimur, Psal. 51. v. 6. ita, ut nemo dicere queat: Mundum est cor meum, purus sum à peccato, Prov. 20. v. 9.

Sed potius illud Davidis locum habeat: Alienati sunt peccatores à vulva, Psal. 58. v. 4. Nam quis potest dare mundum, de immundo conceptum semine? Job. 14. v. 4.

Hoc Protoplastis nostris acceptum ferendum. Principio Deus creaverat hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecerat eum, Sap. 2. v. 23. quæ consistebat in verâ justitiâ & sanctitate, Eph. 4. v. 24. aderat illis liberum arbitrium ad bonum faciendum, & malum averfandum h. e. æque facillè Protoplastis fuisset abstinere à ligno vetito, ac de eo comedere, si modò voluissent, ut Siracides docet cap. 15. v. 14. seqq. Sed infernalis Cacodæmon invidabat illis hanc felicitatem, quod imagine divinâ nobilitati, toti orbi imperarent: ideò astutè serpentis larvâ indutus, pervasit Evam, ostensione divinæ sapientiæ, ut non ipsa modò de ligno prohibito ederet, sed & maritum eò pervaserit. Hinc omnis nostra miseria! hinc loco imaginis divinæ serpentis veneno infecti sumus. Adam namque post lapsum genuit filios, non ad Dei, sed suam imaginem & similitudinem, Gen. 5. v. 3. quod malum ita continuè in posteros propagatur.

Hinc Ecclesia:

Per lapsum Adæ corruptio  
In posteros pervasit,  
Hæc nostra nunc possessio,  
A quâ Dei sanavit  
Nos præpotentis dextera,  
Quæ nos redemit damno,  
Serpentis astu quod Eva  
Contraxerat peccando.

eeee

III. Se-

*Hæc, Præfatione  
perfer et obdormi-  
za, referere d.  
o licet.*

III. *Securam mortis procrastinationem.* Hic enim filiorum hujus mundi genius est, ut de morte parùm cogitent, sed semper plus ultrà meditantes, dicant: Crastino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, & tamen ignorant, quid erit crastinum, Jac. 4. v. 13.

De Simeone audimus, quod alacriter ad mortem sese præparet, nihilque magis in votis habeat, quàm ut in pace dissolvatur.

Nicephorus scribit, fuisse illum è LXX. Interpretibus, qui auspicio Ptolomæi Philadelphi, Sacra Biblia è Hebræo in Græcam linguam transtulerunt; ubi autem ad locum Eſaiæ c. 7. de virgine parturiente Immanuel venerit, obſtupuisse eum, & ignorasse, quâ ratione illum interpretaretur, quia id rationi repugnaret, & metuentum, ne pagani in illis verbis scandalum caperent, totamque sacram Scripturam suspectam haberent. Ambigenti igitur & Deum devotè invocanti, ut rem prosperaret, advenisse Angelum, eique præcepisse, ut locum juxta literam exprimeret, ipsum enim ad tempus gratiosum vivum perventurum, & filium Virginis oculis suis visurum esse. Quicquid hujus sit, hoc certissimum est, quod à Spiritu sancto responsum acceperit, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

Hoc rarum admodum est, ut Deus homini tempus definiat, quando mundo huic valediturus sit.

In Scriptura pauca prostant exempla, nisi quod cum Moſe & Aarone accidit, Num. 20. v. 23. seqq. Deut. 34. v. 1. seqq. Sed &

Elias scivit, quod Deus eum corpore & animâ in cælum translaturus esset, 2. Reg. 2. v. 1. seqq.

In profanis historiis exstat exemplum Patris Constantini M. cui Angelus in lecto decumbenti apparuit, & testamentum confici jussit.

Christiano quoque Daniæ Regi, Angelus diem obitus designavit.

In genere tempus mortis incertum est, hic juvenis, ille senex moritur. Nescio si post modicum tollat me factor meus, inquit Elihu, Job. 32. v. ult.

Nullam proindè causam habemus, ut nobis ipsis diurnam vitam statuamus, sicut Epicureorum plurimi reperiuntur, qui cum morte fœdus, & cum inferno pactum se fecisse opinantur, Eſa. 28. v. 15. quasi neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus malum ingruat, Psal. 75. v. 7. Sed potius semper mortis memores, oremus: Notum mihi fac Domine, finem meum, & mensuram dierum meorum, ut sciam quod desiturus sim, Psal. 39. v. 6. Nam ut Gregorius ait: *Dia vivere, est diu torqueri*, ratione miseræ, cui à die nativitatæ, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium, subjecti sumus, Sir. 40. v. 1.

### De Secundo.

Sequitur *Medela*, quæ fluit

I. *Ex puerperarum privilegio.* Quia enim Deus loco pœnæ multiplicavit ærumnas illarum, & conceptus, ut pariant in dolore filios, Gen. 3. v. 16. illis vicissim loco refrigerii dies quietis ordinavit, ut corporis infirmi rationem habere, & vires eneratas refi-

reficere possint. Fidelis enim est, nec patitur quenquam tentari supra id, quod potest, 1. Cor. 10. v. 13.

Hoc instructioni vestræ inserviat, Christianæ fœminæ, ut carnis curam puerperii potissimum tempore habeatis, sollicitè ac piè providentes, ne consuetis purificationis diebus neglectis, vel curiositate supervacaneâ, vel levitate nimiâ, officio vestro indignum quicquam committatis, adeoq; non sine vestris sexusve vestri prostitutione, virium ac valerudinis haud contemnendam jacturam faciatis.

Sed & Christiani mariti idem perpendant, & videant, ne inhumanus uxores suas tempore puerperii tractent, sicut quandoque ejusmodi austeri Cyclopes inveniuntur, qui abjectâ omni puerperarum curâ, easdem ad labores impellunt, fustibus excipiunt, & quocunque modo illis incommodant, hi nesciunt vel oblii sunt diviti Petri: Viri cohabitare uxoribus secundum scientiam, quasi infirmioris vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & coheredibus gratiæ vitæ, 1. Petr. 3. v. 7.

Ejusmodi tyranni indigni sunt, qui uxores habeant, quibusque vir honestus filiam suam in matrimonium collocet. Perpendant illi, quanto dolore matres illarum easdem pepererint, & quod Medea apud Euripidem ait: Mallet ter in acie stare, quàm semel parere. Sciant illi, quod nulla nobilior creatura in terris sit, quàm fœcunda uxor, ex quâ genus humanum propagatur, & velut ex Paradyso cœlum plantatur. Vide Sir. 7. v. 21. Prov. 31. v. 9.

2. Ex Salvatoris officio, quod ad omnes

homines pertinet, idèò Christus à Simone non modò vocatur gloria Israelis: Sed & Lumen ad revelationem gentium.

In V. T. foli Judæi peculium Dei erant, quo sine & circumcisio inter illos instituta erat, tanquam signum fœderis, quod cum Abrahamo, ejusque posteris Deus percusserat, Gen. 17. v. 10.

Hunc populum miraculosè Deus tractavit, eumque ex Palæstinâ in Ægyptum, & ex Ægypto vicissim in Palæstinam duxit, idque valida manu, donec Hierosolyman ceu requiem suam elegit, Psal. 132. v. 14. & in magnificentissimo templo, quod Salomo extruxit, cultum sibi exhiberi jussit.

Hoc ita multis seculis continuatum est. Licet enim Nabuchodonosor templum hoc vastaverit, tamen Serubabel à captivitate Babylonica aliud extruxit, quod Christus in carne degens adhuc visitavit, implevitque illud, nimirum doctrina sua, gloria majori, quàm prius, ut Aggæus c. 2. v. 10. prædixerat. Verùm propter nefandam ingratitude, & peccata abominanda, quibus Regnum Dei repulerunt, & indignos se judicarunt æterna vita, Act. 13. v. 46. optimus Servator tandem templo exivit, Joh. 8. v. 59. & missis Romanis, urbem cum templo delevit, Judæi verò partim miserandis modis trucidati, partim capti, & per totum orbem dispersi sunt, tanquam populus prædæ expositus, Es. 42. v. 22. in execrationem, & in stuporem & in maledictum, & in opprobrium, Jer. 41. v. 18. Hoc in gentilium commodum cessit, utpote, qui in locum Judæorum adoptati sunt, ut nunc Dei peculium sint, cum antè Loammi vocarentur, Ose. 2. v. 23.

Hæc gratia & *φιλας σρωπία* Dei Servatoris nostri, ad tempus N.T. reservata fuit, ubi Servator noster Apostolos suos in universum mundum ablegavit, hæc cum instructione, ut prædicarent in nomine suo, pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, Luc. 24. v. 47. Quod miseris nobis Japhitis & Ethnicis in consolationem vergit, qui antehæc in tenebris & in umbrâ mortis sedebamus, Luc. 1. v. 80. verùm per incarnationem Christi lux nobis orta est, in qua exultare possumus, quam si secuti fuerimus, non ambulabimus in tenebris, sed habebimus lumen vitæ, Joh. 8. v. 12. videbimusque in hac luce aliquando lumen æternum, Psal. 36. v. 10.

Non proindè particularem Servatorem habemus, qui Judæis duntaxat natus esset, ex quibus natus est, secundum carnem, Rom. 1. v. 31. sed universalem, qui medium parietem maceræ solvens, ex Judæis & gentibus unum fecit, Eph. 2. v. 14. ut nunc etiam gentes super misericordia Deum honorent, Rom. 15. v. 9. & omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus fiat, Joël. 2. v. 32.

III. *Ex Simeonis vehiculo.* Sic enim ait ille: Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum &c. Quod si & nos cum Simeone in pace abire velimus, discamus ab ipso, quomodo vesturam nostram rectè adornemus, quod fiat

1. *Dimissionem nostram patienter expectando.*

2. *Vehiculum quærendo, quod est pax cum Deo, per Dominum nostrum Jesum Chri-*

stum, & per illum *πληροφορία* ad Deum, 1. Joh. 3. v. 21.

Hic currus *quatuor rotas* habeat, quarum 1. *Verbum Dei*, quo Simeon se fundat, inquit, secundum verbum tuum, quique quæ de labiis ejus processerunt, non facit irrita, Psal. 89. v. 35. 2. *Fides*, quæ à verbo pendet, ut infans ab uberibus matris, est enim rerum sperandarum *ὑπόστασις*, Hebr. 11. v. 1.

3. *Baptismus*, & sicut ille alias stipulatio bonæ conscientie cum Deo est, 1. Petr. 3. v. 21. ita nos per illum salvat. Tit. 3. v. 5.

4. *SS. Cæna*, in quâ nos Christus corpore & sanguine suo cibatur & potatur, ut ipse in nobis, & nos in ipso maneamus, Joh. 6. v. 56. Hoc ita plaustrum est, quo cælestis Sponsus Jesus Christus, nos, tanquam in justitia & judicio, & in misericordia & in miserationibus spontatam sibi Spontam, Ol. 2. v. 19. domum deducit, in claritatem, quam dedit illi Pater cælestis, Joh. 17. v. 15.

3. Et *bonos equos* adhibeamus necesse est, ne forte hæsitemus, Hi sunt

1. *Agnitio Dei.* Nam oculi mei, inquit Simeon, viderunt Salutare tuum. Hæc enim vita æterna est, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum, Joh. 17. v. 3. ita antè omnia Deum agnoscamus, scientes cui credamus, 2. Tim. 1. v. 12. Psal. 91. v. 14. Joh. 10. v. 27.

2. *Gratia & misericordia Dei*, secundum quam lapsum genus humanum respexit, & Christum Salutare paravit, ut fieret propitiatio pro nostris, imò totius mundi peccatis, 1. Joh. 2. v. 2.

3. *Promissiones universales*, quibus de amore & gratiâ Dei certiores reddimur, quod

quod nolit mortem peccatoris, fed ut conver-  
tatur & vivat, Ezech. 18. v. 23. & nullo  
exclufo Chriflum paravit Salutare ante fa-  
ciem omnium populorum, ut Simeon hic  
ait. Ejusmodi promiffionibus nos quo-  
que includamus, non dubitantes, quin  
illa in Chrifto Etiam & Amen fint, 2. Cor.  
1. v. 19.

4. Est oratio devota & fidelis, ut Simeon  
nobis exemplo eft, qui enim patiuntur fe-  
cundum voluntatem Dei, fideli Creatori  
commendent animas fuas in benefacien-  
do, 1. Petr. 4. v. ult.

Sed & de experienti veftore circumfpeci-  
endum eft. Hic eft Dominus ipfe, qui ait:  
Educam caecos in viam, quam nefeive-  
runt: & in femitis, quas ignoraverunt,  
ambulare eos faciam: ponam tenebras  
coram eis in lucem, & prava in recta,  
Efa. 42. v. 16. Quamvis autem mirificet  
fanctos fuos, Pfal. 4. v. 4. attamen facit, ut  
Deum diligentibus omnia in bonum coo-  
perentur, Rom. 8. v. 28.

De Tertio.

**R**estat *Cautela*, quae tribus absolvitur  
Regulis, ut sunt:

1. *Legi te subijce.* Maria non obligata  
fuiſſet ad legem, quod enim natum erat ex  
illa, à Spiritu Sancto erat, Luc. 1. v. 35. ta-  
men ſua ſponte legi ſe ſubjecit, ad noſtram  
inſtructionem, ut & nos in omnibus acti-  
onibus noſtris legem tanquam normam  
ſequeremur: quam ob cauſſam Deus quo-  
que eam tabulis lapideis inſculpſit, ut indi-  
cetet, quod non aliquam diu, ſed aeternum  
durare debeat, Deus ego, & non mutor, in-  
quit, Mal. 3. v. 6.

2. *Chriſtum apprehende.* Accepto enim  
puerulo in ulnas ſuas, benedixit Deum,  
qui ad gratioſum hoc tempus eum refer-  
vaverat.

Hoc modo ipſum imitari non poſſu-  
mus, Servator enim non amplius puer eſt,  
ſed in virum perfectum evaſit, Eph. 4. v. 15.  
neque corporaliter eum in ulnas accipere  
valemus, aſcendit enim in caelum, &  
ſedet ad Dexteram Dei, Marc. 16. v. 19. Act.  
1. v. 9. attamen nobiſcum eſt omnibus die-  
bus, uſque ad conſummationem ſaeculi,  
Matth. 28. v. ult.

Verbi praecones bajuli ſunt, qui ipſum  
hodie tenus loco parentum in templum  
deferunt, ideo nos quoque manus & bra-  
chia extendamus, Chriſtumque vera fide  
apprehedamus: quotquot enim rece-  
perunt eum, dedit eis poteſtatem Filios  
Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus,  
Joh. 1. v. 12.

Accipimus autem eum in ulnas cum Si-  
meone, quando ſacras literas nobis com-  
mendatas habemus, haec enim fasciae ſunt,  
quibus involutus eſt. Hinc Servator:  
Scrutamini Scripturas, illae enim ſunt, quae  
teſtimonium perhibent de me, Joh. 5. v. 39.  
Accipimus eum in ulnas, quando vera fide  
meritum ejus apprehedimus, cum Jaco-  
bo dicentes: Non dimittam te, niſi be-  
nedixeris mihi, Gen. 32. v. 27. Nam qui  
eredit in Filium, habet vitam aeternam;  
qui autem incredulus eſt Filio, non vide-  
bit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum,  
Joh. 3. v. ult.

In ulnas quoque eundem accipimus,  
quando erga pauperes benefici ſumus, hi  
enim ſunt Chriſti membra, & quod illis

cccc 3

bonj

boni exhibetur, ille sibi præstitum reputabit, Matth. 25. v. 40.

Pauci equidem hodiè sunt, qui Simeonis naturâ præditi sint, plurimi plus *ἄσπετον* æstimant, quam Christum, & aurum quam Deum, idè temporalia quærentes, æterna amittunt. Mundus enim transit, & concupiscentia ejus, qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum, 1. Joh. 2. v. 19.

III. *Mortalitatem perpende.* De Simeone memoratur, quod venerit ea hora, in templum, cum inducerent puerum Jesum parentes ejus ut præsentarent eum Domino. Idè præ gaudio se continere nequibat, sed suscipiebat eum in ulnas, dicens: Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.

Nos quoque ex animo beatam *ἰουδαίας*, desideremus, ut cum Paulo dissolvamur: at non ex impatientia crucis, uti Jobus, cap. 7. v. 15. & Jonas, cap. 4. v. 8. aut ex tædio laborum & molestiarum, sicut Moses, Num. 11. v. 15. sed, ut cum Christo simus, Phil. 1. v. 23. ubi peccatorum vinculis soluti, ipsi serviamus in justitiâ & sanctitate, coram ipso, Luc. 1. ambulantes coram eo in regione vivorum, Psal. 116. v. ult.

Pius quidam Patercululus in more ha-

buit, ut semper orationem Dominicam precans, cœlestis patriæ, hoc modo, recordatus fuerit: Pater noster qui es in cœlis, in tetris non est quies, Nam homo, natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis, Job. 14. v. 1. ratione multarum tentationum, quibus homo subjectus est, à die exitus de ventre matris usque in diem sepulturæ in matrem omnium nostrûm, Sir. 40. v. 1. In flagella quippe parati sumus, Psal. 38. v. 19. tantisque malis vexamur, ut crucis variationes & exercitus contra nos sint, Job. 10. v. 17. & quando satis diu variis ærumnis agitati sumus, tandem dies finitionis certus est, Sir. 40. v. 2. propterea vita nostra comparatur vapor, qui modicum, & deinceps non apparet, Jacob. 4. v. 14.

Ne proindè temporalibus cor appendamus, sed quæramus ea, quæ sursum sunt: quos thesauros nec ærugo nec tinea demolitur: & ubi fures non effodiunt, nec furantur, Matth. 6. vers. 20. ubi *πολιτευμα* nostrum, quod Christus acquisivit nobis, Phil. 3. v. 20.

Largiatur illud nobis cœlestis Pater, per Christum Dominum & Servatorem nostrum, in Spiritu Sancto,  
Amen.